Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et nolite erare. erit in penetrabili
bus nolite credere. Sicut enim fulgur
erit abiciente et paret usque in oc
cidente. ita erit et adventus filii ho
minis. Ubicumque fuerit corpus illuc
congregabuntur et aquile. Statim
autem post tribulacionem dierum illorum
sol obscurabitur et luna non dabit
lumen suum et stelle cadent de celo.
et virtutes celorum commouebuntur.
Et tunc parebit signum filii hominis
in celo et tunc plangent omnes
tribus terre. et videbunt filium hominis
venientem in nubibus celi cum virtute
magna et maiestate. Et mittet
angelos suos cum tuba et voce
magna. et congregabunt electos
eius a quatuor ventis a summis
celorum usque ad terminos eorum.

Omnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti quia peccauimus tibi et mandatis tuis non obedimus sed da gloriam nomini tuo et fac nobiscum secundum multitudinem misericordie tue. ℣ Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto eius.

Largire quesumus domine fidelibus tuis in diuinitate placatus et pace. ut quicquid abhinc timendum est offensis et semita tibi mente deseruiant ℣. Lectio libri pauli ad ephesios.

Fratres. Videte itaque quomodo caute ambuletis non quasi insipientes. sed ut sapientes redimentes tempus. quoniam dies mali sunt. propterea nolite fieri imprudentes. sed intelligentes quae sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed impleamini spiritu. loquentes vobismetipsis in psalmis et ymnis et canticis spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus vestris domino gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri ihesu christi deo et patri subiecti inuicem in timore dei. Grad.

Oculi omnium in te sperant domine et tu das escam in tempore opportuno ℣. Aperis tu manum tuam et impleis omne animal benedictione. Alla. ℣ Qui confidunt in domino sicut mons sion non commouebitur in eternum qui habitat in hierusalem.

Illo tempore. loquebatur s. matheus. iesus cum discipulis suis in parabolis dicens. Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nupcias filio suo. Et misit seruos suos vocare invitatos ad nupcias et nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite invitatis. Ecce prandium meum paratum. tauri mei et altilia occisa sunt et omnia parata. venite ad nupcias. Illi autem neglexerunt et abierunt alius in villam suam. alius vero ad negociacionem suam. reliqui vero tenuerunt seruos eius et